



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 44. Exempti, an ligentur proclamationibus ordinarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

## QUÆSTIO XXXIV.

Exempti an ligentur proclamationibus ordinarii,

## SUMMARIUM.

1. Citationi per edictum ab ordinario emissæ teneantur,  
 2. Reinecessarii & voluntarii an comparere teneantur.  
 3. Inventarii ad confessionem citati an debeant comparere.

1. **F**requentes sunt citationes per edictum, seu si sua putaverint interesse, quaritur hic, utrum exempti teneantur coram ordinario comparere, & si non compareant, juribus suis priventur, & consequenter utrum & eapropter possint ad summum conservatorem recurrere: quæstionem hanc fide examinavit Joannes Petrus Suramus dec. 26. resolvitque, exemptos ejusmodi citationibus per edictum seu proclamationibus non magis arctari quam aliis specialibus citationibus, proindeque exemptum non comparentem juribus suis non posse privari, firmatque suam decisionem variis rationibus, Doctorumque autoritatibus.
2. Ratio est. Quia hoc modo citati dicuntur rei voluntarii & non necessarii, qui proinde comparere non tenentur, late Felin. cap. cum inter. num. 12. Limit. 2. de excepti. P. Hanulius de inventario par. 3. num. 21. Angel. l. consentaneum C. quomodo & quando Iudex Socin. tract. de citatione art. 20. num. 22. & segg. & non comparendo contumaciam non contrahant, Surd. d. loco num. 12. & DD. iam laudati. Imo veto exempti jurisdictionem ordinarii prorogare non possunt, uti alio in loco ostendi, longe magis, si exempti generalibus ejusmodi citationibus in jus vocati compareant, & declinatoriam proponant, nam tunc remittenda erit cognitio ad judicem exemptorum, Surd. d. num. 13. sit itaque conclusio, exemptos hoc in casu juribus suis non posse privari, neque etiam contumaciam contrahere; posseque si hac via in quietentur, ad asylum conservatorum litem recurrere. Qua de re videatur etiam Rolandus à Valle tract. de confessione inventarii par. 3. quæst. incip. nunquid vocandi sunt Sacerdotes, fol. 93. tradens, ad confessionem inventarii requirendam esse per modum monitionis judicem ejus qui revocatur, ut eum moneat quatenus compareat si sua putaverit interesse, idque quoties ejusmodi judicis copia haberi potest.
3. Si vero talis iudex ad manum non sit, seu ejus copia haberi non possit, sufficit generalis citatio per edictum, si sua putaverit interesse, l. omnes si vero apparuerit G. de Epi.

de Episcop. & Clericis. quia ejusmodi citatio vim tantum habet cujusdam denuncia-  
tionis qui etiam extrajudicium fieri potest & non ut coacti compareant aut ut  
lingeretur sed tantum ut si sponte velint compareant. *Rot. à Valle d. loco. ostendimuf-*  
*que ubi non uno loco exemptionum iura cessare quorundam ad Papam aut ad judi-*  
*ces exemptorum accessus non est aut si sit difficilis, lib. 4. de iurisdic. ordin. exempt.*  
*quest. 50. & 51.*

QVÆSTIO XXXV.

Exemptus in crimine flagranti violatæ immunitatis palatij Episcopalis captus si  
puniat an ad suum conservatorem possit recurrere.

SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Palatia qua dicantur.                    | 6. Ordinarius habet plus iuris in exemp-   |
| 2. Palatium Episcopale comprehenditur ap-   | tum quam in extraneum.                     |
| pellatione loci sacri.                      | 7. Ordinarius potest in exemptos multa au- |
| 3. Paria sunt capi in flagranti crimine vel | toritate delegata.                         |
| committere crimen notorium.                 | 8. Delictum quod fit notorium.             |
| 4. Exemptus in flagranti crimine capi po-   | 9. In dubio iudicandum pro ordinario.      |
| test ab ordinario.                          | 11. Quid si Conc. Trid. non sit receptum.  |
| 5. Ubi te invenio ibi te iudico.            |  |

QUæstionis hujus occasio est hesternus casus exempti cujusdam ab ordina-  
ria jurisdictione potu obruti quempiam in palatio Episcopali cultro inva-  
dentis ac in flagranti crimine in carceribus judicis ordinarij repente con-  
jecti.

Pro cujus quæstionis solutione præmitto palatia proprie dici ædes regibus  
seu supremis principibus consecratas, *l. ult. C. de palat. anomasticeque nuncupan-*  
*tur divinæ domus sacra palatia, l. 1. C. de offic. Rector Provinc. & d. l. ult. ac inter*  
*species regaliorum recensentur, cap. unico qua sint Regalia Reneris Sextinus de rega-*  
*lib. cap. 29.*

Præmitto secundo palatium etiam Episcopale dici ad instar Regiæ Imperatoris  
appellationeque loci sacri comprehendendi locique sacri immunitate gaudere. *Navar.*  
*in Manuali cap. 25. nu. 17. Ioannes de Visibus tract. de immunit. Eccles. nu. 52. Covar. lib.*  
*2. AT. 1. cap. 20. nu. 4. Abbas cap. penult. nu. 9. de immunit. Eccles.*

A a

Præ-